



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

62. An seruitium triennale sufficiat esse inceptum ante assumptionem ad
Epsicopatum? Ex p. 8. tr. 2. res. 30. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. LX.

An hoc privilegium extendatur ad Episcopos Titulares? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 28.

Sup. hoc supra in Ref. 28. §. vlt. & in tom. 5. tit. 3. Ref. 26. cursum in §. Verum.

§. 1. **R**espondeo negatiue, etiam si expensis Episcopi vixerit; nam absens non dicitur proprie familiaris, neque Episcopus potest eius mores perferuari. Et ita tenet Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 21.* Cenedo in *quæst. Canon. quæst. 18. num. 30.* Molfesius in *summa, tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 8.* Suarez de *cenfur. disp. 31. sect. 15. num. 1.* de alij, Vnde Piascius in *praxi, part. 1. cap. 1. or. 2. num. 14.* sic ait: Dicitur autem familiaris, qui semper assistit Episcopo, & qui est ipsius continuis consuetudinis domesticus, *cap. fin. de verb. signific. 6. Grot. ibid. not. vlt.* non verò qui in longinquo moratur, etiam si ibi sumptibus Episcopi viuat. *Wald. lib. 2. de irreg. cap. 2. num. 5.* Lopez ad *Dial. in praxi, cit. crim. cap. 26. vers. sternus casus.* Rationemque dant istem, quia videlicet in longinquo degentis Episcopus mores cognoscere non potest, ob quem maxime receptum videtur hanc facultatem Conc. cit. indidit Episcopis, Lopez, & Quarant. *loc. cit. in Piascius.*

RESOL. LXI.

An ut Episcopus ordinet suam familiarem triennem, sufficit iam vltimum annum esse inceptum? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 29.

§. 1. **R**espondeo negatiue cum Ioanne Præposito in *3. part. de sacrament. Ordinis, quæst. unica, dub. 14. num. 142.* Et idem Marchinus de *sacrament. Ordinis, tract. 1. part. 5. cap. 9. num. 2.* ait, quod Concilium intelligi debet de familiari in seruitute per triennium continuatum completum, nec sufficeret tertium annum fuisse inceptum. Ratio est, quia licet annus ceptus, & dies inchoata in fauorabilibus pro completa habeatur, *vt supra dictum est,* secus tamen est in odiosis: at odiosum est Episcopis, quibus talis familiaris ratione domicilij, vel loci originis est de iure subditus, à propria eximi iurisdictione: & idem, cum sumus in odiosis, annus ceptus debet esse completus.

RESOL. LXII.

An seruitium triennale sufficiat esse inceptum ante assumptionem ad Episcopatum? Ex part. 8. tract. 2. Ref. 30.

§. 1. **A**ffirmatiue respondeo cum Molfesio in *summa, tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 8.* vbi ait requiri seruitium triennale esse continuum, siue ceptum sit, antequam esset Episcopus, & completum sit, dum erat Episcopus; nam hoc parum refert. Et ita etiam docet Marcellus Vulpe in *praxi fori Eccles. cap. 7. n. 19.* & pro hac sententia Garcia de *beneficiis, tom. 1. part. 2. cap. 5. n. 83.* adducit declarationem sacre Congregationis, vbi sic ait. Triennium in terminis *d. cap. 9.* sufficit, quod incipiat, antequam fuisset Episcopus, vt sacra Congregatio censuit super *d. cap. 9.* his verbis: Ex indentitate rationis sufficit, quod triennium inceperit antequam fuisset Episcopus. Ita Garcia; cui etiam adde Præpositum in *3. part. de sacram. Ordinis, quæst. unica, dub. 14. num. 142.* Et ratio est, quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & lex absolute loquens, absolute est intelligenda. Sed Concilium non distinguit de seruitio ante, vel post Episcopatum esse actionem: ergo absolute intelligendum est.

RESOL. LXIII.

An familiaris Episcopi per triennium in regione remota possit ab illo ordinari? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 31.

§. 1. **R**espondeo negatiue, etiam si expensis Episcopi vixerit; nam absens non dicitur proprie familiaris, neque Episcopus potest eius mores perferuari. Et ita tenet Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 21.* Cenedo in *quæst. Canon. quæst. 18. num. 30.* Molfesius in *summa, tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 8.* Suarez de *cenfur. disp. 31. sect. 15. num. 1.* de alij, Vnde Piascius in *praxi, part. 1. cap. 1. or. 2. num. 14.* sic ait: Dicitur autem familiaris, qui semper assistit Episcopo, & qui est ipsius continuis consuetudinis domesticus, *cap. fin. de verb. signific. 6. Grot. ibid. not. vlt.* non verò qui in longinquo moratur, etiam si ibi sumptibus Episcopi viuat. *Wald. lib. 2. de irreg. cap. 2. num. 5.* Lopez ad *Dial. in praxi, cit. crim. cap. 26. vers. sternus casus.* Rationemque dant istem, quia videlicet in longinquo degentis Episcopus mores cognoscere non potest, ob quem maxime receptum videtur hanc facultatem Conc. cit. indidit Episcopis, Lopez, & Quarant. *loc. cit. in Piascius.*

2. Igitur inhærendo verbis Concilij, ubi familiarem innotuit hoc tantum procedere in illis familiaribus, qui cum Episcopo commorantur, et ibi, qui sunt presentes, & assistunt obsequijs Episcopi. Alioqui si absentes sunt in regione remota, etiam si illius sumptibus viuant, quasi procuratores, vel quomodolibet mercenarij, videtur eos per hoc non acquirere domicilium, vel facultatem promouendi. Quoniam in tam longa absentia, non recte potest Episcopus nosse illius mores, & quandoquidem hoc triennium à Concilio præsumitur potest ad hoc principaliter suffragari, quod mores, & vita ab Episcopo cognoscantur, argument. *cap. si quis in regione 17. quæst. 1.*

RESOL. LXIV.

An Episcopus possit ordinare suam familiarem seruientem tamen illum in ciuitate, sed extra domum? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 32.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue cum Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 21.* Nam in terminis Concilij dicendum est, familiaris esse qui in obsequio Episcopi intra, vel extra domum eius Episcopi expensis alitur. Pro hac parte est Panormitan. *cap. in litteris, de testibus num. 5.* vbi dicit, quod familiaris, est latior vox, quam domesticus, & *cap. cum dilectus, de Cleric. non resident. num. 2.* vbi hæc dicit: Existentes in seruitio alicuius dicuntur familiares, & Mandosius *regula 32. Conclarij, p. 10.* vbi inquit, Familiares sunt qui alicuius seruitio se deputant ab illius alimentis pendentes. Nec obstat *cap. finale, de verb. signific. in 6.* quia quoad illum casum intelligit illud, per rnos Clericos, secus in hoc casu. Item, quia triennium illud datur à Tridentinis, vt Episcopus norit mores familiaris: at optime cognoscet, quando continue in suo seruitio assistit, licet in alia domo habitet. Item pro hac sententia est Salzedo *ciuitas in notabili primo,* circa hunc casum, vbi tantum requirit assistentiam, & quod talis familiaris non sit absens. Idem tenet quidam Doctor Salmantinus in *annotationibus,* quas publicè legit circa Tridentinum: & etiam tenet Henriquez *l. 1.*